



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 8. An Conscientia vincibiliter erronea sit certa, & operantem obliget.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

Q. 8. *An Conscientia vincibiliter erronea sit* 42
judicium, obligetque operantem. R. §. I. Esse ju- * certum
 dicitur adhæsiuè certum docet *Terill.* hîc q. 17. assert.
 3. quia alioquin operans non teneretur illam sequi:
 certum esse negat *Carden.* in 1. Crisi d. 66. à n. 283.
 quia error vincibilis videtur semper habere adjun-
 ctam rationem dubitandi, quæ pulset animum in
 contrarium, alioquin reipsa vinci non posset, uti
 notant *Suar. Vasq.* alique cum *Sanch.* in Dec. l. 1. c. 1.
 à n. 7. & c. 16. n. 21. ; sententiæ illæ facillè concilian-
 tur, nam *Teril.* loquitur de operante ex errore vin-
 cibili præterito, quem non ampliùs actu advertat :
Carden. autem & alii videntur loqui de operante ex
 errore, cujus vincibilitas actu advertitur.

§. II. Multi cum *Vasq.* 1. 2. d. 60. c. 2. dicunt hominem 43
 vincibiliter errantem non obligari positivè sequi
 conscientiam erroneam, sed ex supposito, quòd
 eam habeat, tantùm teneri non agere contra eam,
 absolute autem teneri eam deponere; è contrà *Te-*
ril. aff. 2. dicit, si quis non habeat actuale dubium,
 sed ex suppositione erroris vincibilis dictamen ad-
 hæsiuè certum, secundùm dicta n. 42, illud obliga-
 re, & hæc videtur esse expressa mens *S. Th.* apud *Te-*
ril. ratio autem est, quia tenetur quivis se confor-
 mare ultimo dictamini, quod hîc & nunc habet;
 hinc addit per actum, quem tunc ponit, non con-
 trahi formalem malitiam specialem tunc ignoratam,
 aut circa quam erratur, sed in ista specie peccari tan-
 tùm denominativè, ratione negligentia antecedentis
 in vincenda ignorantia. Hæ omnes sententiæ
 sunt probabiles & potius de nomine, quàm de re,
 unde & parum faciunt ad praxin. An autem con-
 trahatur malitia, si propter ignorantiam vel erro-
 rem non fuerit præcognita, dicemus hîc n. 755. &
 pluribus l. 5. à n. 16.

B 2

Obj.

Obj. Si conscientia vincibiliter erronea obliget; ergo talis homo sub peccato tenebitur peccare & Per accidens tenebitur ponere actum materialiter malum, quando aliter vitare non poterit peccatum formale contra conscientiam, cujus dictamen reflexum est hinc & nunc certum, sicque formatur, *peccatum est ratione sui imputabile, non sequi dictamen conscientia, quo quis absolute credit se debere hinc & nunc aliquid facere, sed ego hinc & nunc absolute credo me debere mentiri, ergo.* Vide dicenda l. 5. n. 21.

Inst. Conscientia obligans debet esse conformis Dei voluntati, sed conscientia supponens errorem vincibilem non est conformis Dei voluntati, ergo & Esse conformem Dei voluntati per accidens obliganti, nam supposito errore, quod per accidens est, Deus vult, ut quisque se suæ conscientia conformet. Vide dicta n. 29.

44

Q. 9. An illa conscientia sit attendenda, quæ post actum sequitur. & Non est attendenda, hinc errant, qui post actum commissum, antequam accedant ad confessionem, inspiciunt libros vel inquirent, an hoc vel illud, quod fecerunt, sit peccatum & an ideo confiteri debeant, hæc enim subsequens opinio, quam sibi formabunt, non potest facere, ut actio præcedens fuerit vel non fuerit peccatum: similiter aliqui volentes confiteri frustra petunt à suis confessariis, an hoc vel illud agendo peccaverint, nam utrum peccaverint, necne, pendet à conscientia quam habuerunt, dum agebant, hanc autem ipsi scient & ab illis discet confessarius, si enim operati sunt bonâ fide & ex ignorantia aut errore invincibili, non peccarunt, si malâ fide, ex notitia peccati, aut ex dubitatione practica, ex ignorantia aut errore vincibili, peccarunt: rectè tamen quæri possunt talia